



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 117. Minæ Regis de convocanda Synodo adversus Papam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. dam eorum famulos comprehendi, ac in  
 A.C. 1494. arcem S. Angeli includi iussit, unacum  
 Prospero Columna, & Ascanio Sfortia  
 Burchard. Cardinale, qui tum fidei sibi ab Alexan-  
 dro datæ confisi, Romæ morabantur:  
 lib. 3. p. 246. hi tamen haud diu in captivitate detenti  
 erant; Pontifex enim sedato primo iræ  
 impetu, quo ad violandam datæ securi-  
 tatis fidem impellebatur, æquiora, ma-  
 gisque a proprio commodo aliena cepit  
 consilia, omnesque captivos paucis post  
 diebus pristinæ libertati restituit, deten-  
 tionis causam allegans, quod nuncium  
 accepisset, hos nuper inclusos Romam  
 eo consilio petiisse, ut populum ad sedi-  
 tionem concitarent.

## §. CXVII.

*Minæ Regis de convocanda Synodo  
adversus Papam.*

Nihilominus Carolus Rex tertiam exer-  
 citus sui partem Romanæ Urbi ad-  
 movit; cum vero Papa hoc Gallorum  
 molimine haud quaquam terreretur, Ca-  
 rolus Cardinalem S. Petri ad vincula,  
 Sfortiam, Columnam, & Sabellium, ad  
 Alexandrum decernit, dato negotio, ut  
 Pontifici significarent, quod Carolus  
 utpote Regis Christianissimi prærogativa  
 suffultus, mox Synodum convoca-  
 turus esset, ut in ea discuteretur, qui-  
 bus



Sæcul. XV.  
A.C. 1494.

bus artibus Alexander Pontificatum adeptus fuisset. Papa his minis territus, Regi concessit, ut Romam eadem pompa, qua nuper Florentiam, ingrederetur, ut vero Papa simul suæ dignitati confunderet, invitus licet Calabriae Ducem ex urbe dimisit, ne quidem copias, quæ abeuntem comitarentur, adjungere ausus. Rebus ita compositis, Carolus Gifensem Marefcallum, Belloquadrensem Præfectum, & supremum Parisiensis Senatus Præsidem ad Papam designabat, eo fine, ut illi minarum, quas Rex nuper fecisset, metum tollerent, atque Alexandro significarent, quod Rex quidem justissimam querendi causam haberet, eoquod Papa datam fidem violasset, eumque, ne ultra Alpes progrederetur, armis suaque auctoritate præpediisset, quamvis ipse omnium primus ad Neapolis expugnationem Regi auctor fuisset, nihilominus regia sua Majestas libenti animo vindictam Deo relinquere, ac nullatenus sese negotiis Ecclesiasticisingere meditatur, nec aliud magis optat, quam Romanam Urbem conspiceret, ad quam quidem armorum vi aditum sibi parare potuisset, fatius tamen ducit, eandem annuente supremo Ecclesiæ capite ingredi, cum nequaquam pietate inferior esset Regibus suis majoribus, nec remissius quam illi obsequiis Vicario Christi

fti



Sæcul. XV. sti debitis Alexandrum complecteretur.  
 A. C. 1494. Hac Regis submissione Papa paulisper  
 metu liberabatur.

## §. CXVIII.

*Rex Viterbio Nepitam profectus.*

*La Vigne  
 loc. cit.*

**E**rgo Carolus quiete iter suum profectus, ac Viterbium delatus, arcem præsidario milite firmabat; inde post aliquot dierum moram Nepitam profectus, copiis suis quatrduanam ab itinere quietem indulgebat, nimirum a decima quinta Decembris die usque ad decimam nonam ejusdem mensis, quorum dies primus in feriam secundam, alter vero in sextam incidebat. Post hæc vero Arcennum Brygianum, præcipuum Urfinorum familiæ oppidum delatus, emissis Legionibus castrum - novum, civitatem - veterem, aliasque Romanæ ditionis urbes occupat: alias vero copias ductoribus Ligniacensi Comite, & Ivone de Alegrio destinabat, ut Cardinalem S. Petri ad vincula Ostiam reducerent, ac demum sese Columnensibus trans Tiberim jungerent. Nova hæc Caroli molimina Papam anxiiis curis obruebant; insuper pristinum timorem improvisus revocabat eventus; sponte enim quædam Romanæ urbis murorum pars, necnon munitiones arcis S. Angeli corruerunt, per